

901

absumta, dilaniata ac discerpta jacent undique, A  
ceu docent loci stragium editarum vel agri oc-  
cupatitii. Confer *Exe. VI, 5. xxxix, 15.*

**חַנְןָה** *obsidentis te :*) h. e. uniuscujusque ho-  
stium, contra te castra ponentum. Singularis  
**חַנְנָה** *castra ponens* (à **חַנְנָה** *castramatus fuit*, *Psalm.*  
*XXXIV, 8.*) iterum distributivè accipiendus est,  
cum in plurali hostes fuerint descripti *vers. 5.* per  
devoratores populi Dei. Hi ergo in eluctabili suâ  
tyrannide undiquaque constrictos tenebant  
pios, ut nulla planè appareret spes evasionis, &  
que ut his evenit, qui obsidione cinguntur. De-  
inde quoad affixum notari debet, (1) per apostro-  
phen in secundâ personâ sermonem converti ad  
Dei populum *vers. 5.* & (2) affixum hoc resolvi  
debere in particulam h. m. **חַנְנָה** *castra po-*  
*nentis contra te :* gramm. pag. 137. 4. Simul & hæc  
anomalia supervenit grammatica, quod loco  
formæ **חַנְנָה** transposita sint puncta **זֶקְעָה** æquè  
ut loco **תְּכִלָּה** *tecum*, in pausâ ponitur **אַנְּגָם** gramm.  
pag. 93, confer *Psalm. XXV, 3. V, 5. XVIII, 40. XCII,*  
12. *Rasche* ad Hierosolymam refert affixum: quâ  
tamen ratione fœmininum fuisset adhibitum  
**חַנְנָה**. Meminit alterius adhuc interpretationis, B  
ita ut **חַנְנָה** deducatur à radice **חַנְנָה** *initiavit*, quæ  
forma nominis prorsus insolens, quem sensum  
gignat, non satis potest percipi. *Kimchi* itidem ad  
Hierosolymam refert, ut sensus sit: *nationes*  
*עַלְיָהָה הַחֲנוֹתָה* quæ *castramantur* adversus te, Deus  
*dissipabit ossa illarum*, quorsum allegat textum *Zach.*  
*XIV, 3.* exibit Dominus, & pugnabit adversus  
gentes illas: ubi mox *vers. 5.* sequitur: *omnes*  
*fancti עַמְךָ* *tecum*, in relatione ad Hierosolymam.  
*Aben-Esra* affixum hoc poni dicit *לְנוֹכֵחַ הַשָּׁם אֱלֹהִים*  
*הַמְשִׁיחָה relative ad Deum vel Messiam*, quod ipsum  
placuit quoque *Campensi*: *Deus dissipet ossa illo-*  
*rum, qui exercitum educere conabuntur* (ò Christe) *ad-*  
*versum te.* pudore afficies eos & infamia. Deus enim  
speravit eos. Chaldaeus ita effert: quoniam Deus  
*dissipans robur מִשְׁרִירָה exercitum vel castro-*  
*rum flagitiorum.* Aliter planè *LXX*:  
ò Θεός διεκρέπεται ὅσα ἀνθεπαγέταινεν. Vulgatus:  
ossa eorum, qui hominibus placent: quod retinuerunt  
pro more Arabs & Æthiopicus, imo & Syrus, li-  
cet aliter dispungens: *Deus dissipavit ossa eorum,*  
*nam ii, qui placent hominibus, confusi sunt.* Brentius,  
*Capellus, crit. sac. fol. 258.* & quidam alii suscipi-  
tur, lectum forsas esse loco **חַנְנָה** vocem **חַנְנָה** hypo-  
crita: verum obstat tum masora, tum paraphra-  
stes Chaldaeus, tum interpretes Ebræi, quia una-

A nimiter vocem hanc à **חַנְנָה** *castramatus fuit*,  
derivant. Luther. der Treiber / in marg. wie die  
Hauptleute das Kriegsvolk treiben. Simplicissime  
nos de obsidentibus Dei populum.

**חַנְנָה** *הַבִּשּׁוֹתָה* pudore afficies ) ad Deum hoc  
refert R. Salomo. Tu Domine pudefacies cunctos  
inimicos meos, quia reprobasti eos, *Kimchi* &  
*Michlal Jophi* ad Messiam: Aben Esra ad Davidem.  
Adduci hunc in sensum posset *Psalm. XLIV, 8.* li-  
berasti nos ab hostibus nostris, & osores nostros  
*פְּעוֹאֵסְכִּיסְתִּי*, verum melior erit textus co-  
hæsio, si referamus ad **עַמְךָ** *populum Domini*, an-  
tehac pudefactum & *absumum* *vers. 5.* nunc ve-  
rò contemtores iterum pudefacientem; adhunc  
enim dirigi modo vidimus sermonem. Adeo-  
que sensus erit: Deus dissipabit adversarios tuos  
ò Israël; ideoque pudefacies vel deludes eos, (con-  
fer *Jes. XXXVII, 22.* בָּהּ לְפָנֵי יְעַמֵּד caput post te  
movit Jerusalem) quia Deus reprobavit ipsos. Atque  
sic justam impii luent talionis pœnam. Nam  
loco ejus, quod vos profani oppugnatores **הַבִּשּׁוֹתָה**  
pudore affecisti egenum, *Psalm. XIV, 6.* nunc ege-  
nus ille populus rursus **הַבִּשּׁוֹתָה** pudore afficiet hos à  
Deo repudiatos hostes. *Vulgatus*: confusi sunt.  
*Piscator*: precibus tuis impetrabis, ut Deus eos  
pudefaciat.

**מִאָכָסְתָּה** *reprobavit eos :*) videtur hoc oppo-  
situm illis *Psalm. XIV, 6.* verbis, ubi impii pudefa-  
cere dicuntur egenum, quod Deus **מִחְסֹרָה** perfu-  
gium ejus: quibus nunc obvertitur ejusdem Dei  
pios suscipientis repudiatio, quod **מִאָכָסְתָּה** averse-  
tur quidem impuros mundi porcos, è diverso  
autem optimè defendat miseros, ad se configi-  
entes. De **מִאָכָסְתָּה** *Psalm. XXXVI, 5.* Sensus igitur  
versiculi totius erit hic: quanquam impune  
haec tenus savire visi sint hostes, brevi tamen  
meritas luent pœnas, adeò ut ibi (in eodem fa-  
cinorum suorum theatro,) *obstupescant atq; expa-*  
*vescant*, ubi pavoris nulla antehac apparebat opi-  
nio, neque jam etiam, si conscientiae excipias  
stimulos, pavendi esset causa. Ita namque Deus  
ecclesiae suæ tractare solet hostes, ut qui *contra*  
*eam ponunt castra, prosternantur gravissime, dissipa-*  
*tis ipsorummet ossibus.* Inde tu, popule mi, de-  
ludes ipsos, quia Deus eosdem repudiavit prorsus &  
in perpetuum.

### EXPLICATIO VERSUS VII.

Omnia hic iterum convenient; tantummo-  
dò pro singulari **ישׁוּעָה** ponitur hic pluralis, &  
pro *Jehovâ* hic adhibetur Elohim.

## PSALMI LIV. DISPOSITIO.

*Pius afflitus. Defende Deus ab hoste.*

ibid.

II. Spei fideique professio: ecce (1) *Deus*  
*adjutor meus*, v. 6. (2) *Dominus sustentat ani-*  
*mam meam*: ibid. (3) *rependet malum insidia-*  
*toribus meis*: v. 7. (4) *exscindet eos per & pro-*  
*ppter veritatem suam*: ibid.

III. Promissio: (1) *voluntariè sacrificabo*  
tibi: vers. 8. (2) *nomen tuum, tanquam bo-*  
*num, celebrabo* ibid. Ratio (a) *ex omnibus an-*  
*gustiis eripuit eripietque me*: vers. 9. (b)  
*oculus meus intuebitur hostes meos dignè puni-*  
tos: ibid.